



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6. Vtrum opera mortua, idest sine charitate facta per penitentiam
viuificentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

furgit in minori charitate, consequetur quidem p-
miu essentiali, secundu quantitate charitatis, in qua
inuenitur, habebit tamen gaudiu maius de operibus
in prima charitate factis, q de operibus qua in secu-
da fecit, quod pertinet ad premium accidentale.

ARTICVLVS VI.

Vtrum per penitentiam subsequenter, etiam opera mortua
uiuificentur.

q. d. 14. q. 2.
ar. 3. q. 1. &
d. 15. q. 1. ar.
2. q. 1. & 2.

AD SEXTVM sic proceditur. Vt, q per penitentia
subsequentem et opera mortua (qua scilicet
non sunt in charitate facta) uiuificentur. Difficilius
enim vt, quod ad uitam perueniat illud, quod fuit
mortificatum (quod nunquam fit secundum natu-
ram) quam illud, quod nunquam fuit uiuum,
uiuificetur: quia ex non uiuis, secundum naturam
aliqua uiua generantur: sed opera mortificata, per
penitentiam uiuificantur, ut dictu est. * ergo mul-
to magis opera mortua uiuificantur.

Art. p. r. c.

¶ 2 Præ. Remota causa, remouetur effectus: sed
causa, quare opera de genere bonoru sine charita-
te facta, non fuerunt uiua, fuit defectus charitatis &
gratia: sed iste defectus tollitur per penitentiam. er-
go per penitentiam opera mortua uiuificantur.

In illud Ag-
gæi 1. semi-
natis &c.
tom. 6.

¶ 3 Præ. Hierony. dicit, Si quando uideris inter
multa mala opera facere peccatorem quequã, ali-
qua qua iusta sunt, non est tam iniustus Deus, ut p-
pter multa mala obliuiscatur paucorum bonoru: H
sed hoc maxime uidetur, quando mala præterita p-
poe nitentiam tolluntur. ergo uidetur, quod post
penitentiam Deus remuneret priora bona opera
in statu peccati facta, quod est ea uiuificari.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit primæ
Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes
facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut
ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mi-
hi prodest. hoc autem non esset, si saltem per peni-
tentiam subsequenter uiuificarentur. nõ ergo pe-
nitentia uiuificat opera prius mortua.

RESPON. Dicendum, quod opus aliquod dicitur
mortuum dupliciter. uno modo effectiue: quia
scilicet est causa mortis: & secundu hoc opera pec-
cati dicuntur opera mortua, secundum illud Heb.
9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras
ab operibus mortuis. hæc igitur opera mortua nõ
uiuificantur per penitentiam, sed magis abolentur,
secundum illud Heb. 6. Non rursus iacentes funda-
mentum penitentia ab operibus mortuis. Alio mo-
do dicuntur opera mortua priuatiue, scilicet quia carent
uita spirituali, qua est ex charitate, per quam ani-
ma Deo coniungitur, ex quo uiuit sicut corpus per
animam: & per hunc modum etiam fides, qua est
sine charitate, dicitur mortua, secundum illud Iac.
2. Fides sine operibus mortua est. & per hunc etiã
modum omnia opera, qua sunt bona ex genere, si
sine charitate fiant, dicuntur mortua, inquam. s.
non procedunt ex principio uite, sicut si dicamus
sonum citharæ uocem mortuam. Sic igitur differe-
ntia mortis, & uite in operibus, est secundum
comparationem ad principium, a quo procedunt.
opera autem non possunt iterum a principio pro-
cedere (quia transeunt) & iterum eadem numero
resumi non possunt. unde impossibile est, q ope-
ra mortua iterum fiant uiua per penitentiam.

D. 884.

AD PRIMVM ergo dicendum, q in rebus natura-
libus, tam mortua, quam mortificata carent prin-
cipio uitæ: sed opera dicuntur mortificata non ex
parte principii, ex quo processerunt, sed ex parte

F impedimenti extrinseci. mortua autem dicuntur
ex parte principii: & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, quod opera de gene-
re bonorum sine charitate facta, dicuntur mortua
propter defectum charitatis, & gratia, sicut princi-
pii. hoc autem non præstat eis per penitentiam
sequentem, ut ex tali principio procedant. uidera-
tio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, q Deus recordatur bo-
norum, qua quis facit in statu peccati, non ut remu-
neret ea in uita æterna, qd debetur solis operibus ui-
uis. i. ex charitate factis: sed remuneret ea tempora-
li remuneratione, sicut ¶ Gregorius dicit in hom.
de Diuite & Lazaro, q nisi diues ille aliquod bonum
egisset, & in præsentis seculo remunerationem
accepisset, nequaquam ei Abraham diceret, Rece-
pisti bona in uita tua. vel etiam hoc potest referri
ad hoc, quod patietur tolerabilius iudicium. unde
dicit ¶ Aug. in l. b. de Patientia, non possumus dice-
re, schismatico melius fuisset, ut Christum negan-
do nihil eorum pateretur, que passus est confiten-
do: sed æstimandum est, tolerabilius ei futurum
iudicium, quam si Christum negando, nihil coru
pateretur, ut illud quod ait Apostolus, Si tradidero
corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem nõ
habuero, nihil mihi prodest, intelligatur ad regnu
caelorum obtinendum, non ad extremi supplicii
iudicium tolerabilius subeundum.

hom. 40. in
euang. circa
mediu il-
liu.

Lib. de pa-
tientia, cap.
in medio. 4.

D. 426. &
1142.

D. 950.

QVAESTIO XC.

¶ Super Quæstionem
nonagessimam.

De partibus penitentia in generali, in
quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum
est de partibus peniten-
tia.

¶ Et primo in generali.
¶ Secundo in speciali de singu-
lis.

CIRCA primum queruntur qua-
tuor.

I ¶ Primò, Vtrum penitentia ha-
beat partes.

¶ Secundo, De numero partiu.

¶ Tertiò, Quales partes sint.

¶ Quartò, De diuisione eius in
partes subiectiuas.

ARTICVLVS I.

Vtrum penitentia debeant partes
assignari.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur, q penitẽ non debeat
partes assignari. Sacramenta. n.
sunt, in quibus diuina uirtus se-
cretius operatur salutem: sed uir-
tus diuina est una & simplex. nõ
ergo penitentia cũ sit sacramen-
tum, debent partes assignari.

¶ 2 Præ. Penitentia, & est uir-
tus, & est sacramentum: sed ei, in-
quantum est uirtus, nõ assignan-
tur partes, cũ uirtus sit habitus
quidã, qui est simplex qualitas
mẽris. similiter etiam & penitẽ-
tia, inquantum est sacramentũ,
non uidetur, q sint partes assi-
gnanda: quia baptismo & aliis sa-
cramẽtis non assignatur partes.

IN quæstio. 90. in
qua de partibus pe-
nitentia agitur, scilicet
contritione, confes-
sione, & satisfac-
tione, sciendum est
uarias inueniri de
hoc opinioniones. Sco-
tus namque in 4.
sentent. dist. 16. q. 1.
tenet, quod ista tria
nullo modo sunt par-
tes sacramenti peni-
tentia. Et funda-
mentum eius est:
quia apud ipsum in
eodem 4. dist. 14. q.
4. sacramentum peni-
tentia est absolutio
sacramentalis,
cuius nulla pars est
contritio, qua est
quoddam spiritua-
le in anima: neque
confessio: quia nihil
est ipsum sententia
sacerdotis, sed est
actus rei accusantis
seipsum: neque sa-
tisfactio, qua sequi-
tur absolutionem sa-
cramentalem. Du-
randus uero in 4.
sent. dist. 14. q. 2. ar.
1. tenet sacramen-
tum penitentia in-
tegrari ex absoluo-
tione, ut forma, &
confessione, ut ma-
teria: contritionem
uero non ponit eius
partem. sed dispositi-
onem prauam: sa-
tisfactionem autem
pro consequente. Au-
ctor autem, ut patet
in

4. d. 16. q. 1.
ad 1. q. 1. &
4.